

PROSLOGION

Prooemium.

Postquam opusculum quoddam velut exemplum meditandi de ratione fidei cogentibus me precibus quorundam fratrum in persona alicuius tacite secum ratiocinando quæ nesciat investigantis edidi: considerans illud esse multorum concatenatione contextum argumentorum, coepi mecum quærere, si forte posset inveniri unum argumentum, quod nullo alio ad se probandum quam se solo indigeret, et solum ad astruendum quia deus vere est, et quia est summum bonum nullo alio indigens, et quo omnia indigent ut sint et ut bene sint, et quæcumque de divina credimus substantia, sufficeret. Ad quod cum sæpe studioseque cogitationem converterem, atque

PROSLOGION

Anselmova řeč k Bohu

PŘEDMLUVA

Před časem jsem na naléhání některých bratří vydal spis, který měl sloužit jako příklad rozjímání o rozumových důvodech víry. Postupoval jsem v něm jako člověk, který mlčky sám u sebe uvažuje a pátrá po něčem, co nezná. Když jsem si ale uvědomil, že mé dílo je řetězem mnoha argumentů spojených dohromady, počal jsem hledat, zda bych nenalezl takový argument, který by bylo možno prokázat pouze jím samým a který by postačil k tomu, abychom mohli s jistotou říci, že Bůh opravdu je a dále že je svrchovaným dobrem, které samo nic jiného nepotřebuje, které ale potřebují všechny ostatní věci, aby mohly být a aby byly dobře, a také vším ostatním, čím věříme, že božská bytost je. Když jsem o tom často a opravdu usilovně přemýšlel,

sine te. Invitas nos, »adiuva nos«. Obsecro, domine, ne desperem suspirando, sed respirem sperando. Obsecro, domine, amaricatum est cor meum sua desolatione, indulca illud tua consolatione. Obsecro, domine, esuriens incepti quærere te, ne desinam ieiunus de te. Famelicus accessi, ne recedam impastus. Pauper veni ad divitem, miser ad misericordem; ne redeam vacuus et contemptus. Et si »antequam comedam suspiro«, da vel post suspiria quod comedam. Domine, incurvatus non possum nisi deorsum aspicere, erige me ut possim sursum intendere. »Iniquitates meæ supergressæ caput meum« obvolvunt me, »et sicut onus grave« gravant me. Evolve me, exonera me, ne »urgeat puteus« earum »os suum super me«. Liceat mihi suspicere lucem tuam, vel de longe, vel de profundo. Doce me quærere te, et ostende te quærenti; quia nec quærere te possum nisi tu doceas, nec invenire nisi te ostendas. Quæram te desiderando, desiderem quærendo. Inveniam amando, amem inveniando.

Fateor, domine, et gratias ago, quia creasti in me hanc imaginem tuam, ut tui memor te cogitem, te amem. Sed sic est abolita attritione vitiorum, sic est offuscata fumo peccatorum, ut non possit facere ad quod facta est, nisi tu renoves et reformes eam. Non tento, domine, penetrare altitudinem tuam, quia nullatenus comparo illi intellectum meum; sed desidero aliquatenus intelligere veritatem tuam, quam credit et arat cor meum. Neque enim quæro intelligere ut credam, sed credo ut intelligam. Nam et hoc credo: quia »nisi credidero, non intelligam«.

nic. Zveš nás, pomoz nám tedy! Prosim, Pane, kéž nevzdychám a nezoufám, ale smím si v naději vydechnout. Mé srdce zahořklo ve své opuštěnosti, potěš je, Pane, svou laskavostí. S touhou jsem tě začal hledat, kéž ve mně nezůstává prázdnota! Jako žebrák jsem k tobě přistoupil, nenech mne odejít hladového. Nuzný jsem přišel k bohatému, ubohý k milosrdnému, kéž neodcháším s prázdnou a zahanben. A je-li psáno, že naříkám, dokud se nenasytím (Jb 3,24 dle V), dej mi po mém lkaní, čím bych se nasytil. Pane, ve své zkřivenosti se nemohu dívat jinak než dolů, napřím mne, abych mohl pohlédnotu vzhůru. Mé nepravosti se mi převalily přes hlavu (Ž 38,5), obemkly mě a tíží jak těžké břemeno. Vyprosti mne z nich, zbav mě jejich tíže, ať za mnou jejich propast nezavře svůj chřtán (Ž 69,16). Kéž smím zahlédnout tvé světlo, ať z dálky, ať ze dna hlubiny. Nauč mě, jak tě mám hledat, a ukaž se mi, až se za tebou vydám. Vždyť tě nemůžu hledat, když mě to nenaučíš, ani tě nemohu najít, když se mi neukážeš. Kéž tě má touha hledá a mé hledání kéž je touhou po tobě. Kéž tě má láska nalézá a kéž tě v nalézání miluji.

Vyznávám, Pane, a děkuji, že jsi ve mně stvořil tento svůj obraz, abych tě měl na paměti a mohl na tebe myslet a milovat tě. Ale jak je ten obraz setřen neřestmi! Jak zčernal dýmem hříchů! Už neslouží k tomu, k čemu byl stvořen, pokud je ty, Pane, neobnovíš a nedáš mu novou tvář. Nepokouším se, Pane, proniknout tvé výšiny, protože na to mé nahlédnutí ani zdaleka nestačí. Toužím však alespoň poněkud nahlédnout tvou pravdu, v kterou věří a kterou miluje mé srdce. Nesnažím se totiž nahlédnout, abych věřil, ale věřím, abych nahlédl. Neboť věřím také tomu, že pokud nebudu věřit, nemohu ani nahlédnout.

Capitulum II.
Quod vere sit deus.

Ergo, domine, qui das fidei intellectum, da mihi, ut quantum scis expedire intelligam, quia es sicut credimus, et hoc es quod credimus. Et quidem credimus te esse aliquid quo nihil maius cogitari possit. An ergo non est aliqua talis natura, quia »dixit insipiens in corde suo: non est deus«? Sed certe ipse idem insipiens, cum audit hoc ipsum quod dico: »aliquid quo maius nihil cogitari potest«, intelligit quod audit; et quod intelligit in intellectu eius est, etiam si non intelligat illud esse. Aliud enim est rem esse in intellectu, aliud intelligere rem esse. Nam cum pictor præcogitat quæ facturus est, habet quidem in intellectu, sed nondum intelligit esse quod nondum fecit. Cum vero iam pinxit, et habet in intellectu et intelligit esse quod iam fecit. Convincitur ergo etiam insipiens esse vel in intellectu aliquid quo nihil maius cogitari potest, quia hoc cum audit intelligit, et quidquid intelligitur in intellectu est. Et certe id quo maius cogitari nequit, non potest esse in solo intellectu. Si enim vel in solo intellectu est, potest cogitari esse et in re, quod maius est. Si ergo id quo maius cogitari non potest, est in solo intellectu: id ipsum quo maius cogitari non potest, est quo maius cogitari potest. Sed certe hoc esse non potest. Existit ergo procul dubio aliquid quo maius cogitari non valet, et in intellectu et in re.

II. KAPITOLA
BŮH OPRAVDU JE

Nuže Pane, který dopřáváš víře nahlédnutí, dej mi, nakolik uznáš, abych nahlédl, že jsi, jak věříme, a že jsi to, co věříme, že jsi. Věříme zajisté, že jsi něco, nad co nic většího nelze myslet. Anebo není nic takového, když si pošetilý řekl ve svém srdci, že Bůh není (Ž 14,1; 53,1)? Ale jisté i tento pošetilec, když slyší, jak říkám "něco, nad co většího nelze myslet", nahlíží to, co slyší. A co nahlíží, to je v jeho nahlédnutí, i když snad nenahlíží, že to je. Je totiž něco jiného, když je věc v nahlédnutí, a něco jiného je nahlížet, že věc je. Vždyť když malíř předem myslí na to, co hodlá malovat, má to jistě ve svém nahlédnutí, avšak to, co dosud neučinil, nenahlíží jako něco, co je. Když už to ale opravdu namaloval, má to jednak v nahlédnutí, jednak nahlíží, že to, co učinil, je. I pošetilec tedy musí uznat, že to, nad co nic většího nelze myslet, je přinejmenším v nahlédnutí, neboť když o tom slyší, nahlíží to, a cokoli nahlíží, to je v jeho nahlédnutí. Není ovšem možné, aby to, nad co nic většího nelze myslet, bylo pouze v nahlédnutí. Je-li to totiž pouze v nahlédnutí, lze myslet, že je to také věc sama, což je více. Je-li tedy to, nad co nic většího nelze myslet, pouze v nahlédnutí, pak to, nad co nic většího nelze myslet, je zároveň něco, nad co lze myslet něco většího. To však jistě není možné. Existuje tedy beze vší pochyby něco, nad co nic většího nelze myslet, a to jak v nahlédnutí, tak jako věc sama.

Capitulum III.

Quod non possit cogitari non esse.

Quod utique sic vere est, ut nec cogitari possit non esse. Nam potest cogitari esse aliquid, quod non possit cogitari non esse; quod maius est quam quod non esse cogitari potest. Quare si id quo maius nequit cogitari, potest cogitari non esse: id ipsum quo maius cogitari nequit, non est id quo maius cogitari nequit; quod convenire non potest. Sic ergo vere est aliquid quo maius cogitari non potest, ut nec cogitari possit non esse.

Et hoc es tu, domine deus noster. Sic ergo vere es, domine deus meus, ut nec cogitari possis non esse. Et merito. Si enim aliqua mens posset cogitare aliquid melius te, ascenderet creaturam super creatorem, et iudicaret de creatore; quod valde est absurdum. Et quidem quidquid est aliud præter te solum, potest cogitari non esse. Solus igitur verissime omnium, et ideo maxime omnium habes esse: quia quidquid aliud est non sic vere, et idcirco minus habet esse. Cur itaque dixit insipiens in corde suo: non est deus, cum tam in promptu sit rationali menti te maxime omnium esse? Cur, nisi quia stultus et insipiens?

Capitulum IV.

Quomodo insipiens dixit in corde, quod cogitari non potest.

Verum quomodo dixit in corde quod cogitare non potuit; aut quomodo cogitare non potuit quod dixit in corde, cum idem sit dicere in corde et cogitare? Quod si vere, immo quia vere et cogitavit quia dixit

III. KAPITOLA

NELZE MYSLET, ŽE BŮH NENÍ

To, nad co nic většího nelze myslet, je navíc tak pravdivé, že je zcela nemyslitelné, že by to nebylo. Vždyť lze myslet, že je něco, o čem není možné myslet, že to není. A to je větší než něco, o čem je možné myslet, že to není. Proto jestliže o tom, nad co nic většího nelze myslet, je možné myslet, že to není, pak to, nad co nic většího nelze myslet, není to, nad co nic většího nelze myslet; což je spor. To, nad co nic většího nelze myslet, je tedy tak pravdivé, že ani není možné myslet, že to není. A to jsi ty, Pane, náš Bože. Jsi tedy tak pravdivé, Pane, můj Bože, že ani není možné myslet, že nejsi, a to právem. Kdyby totiž něčí mysl mohla myslet něco lepšího, než jsi ty, vypínavo by se stvoření nad Stvořitelem a posuzovalo by Stvořitele, což je velký nesmysl. Ostatně o všem, ať je to cokoli vyjma tebe samého, je možné myslet, že to není. Ty jediný máš proto bytí svrchovaně pravdivé, a tedy nade vše svrchovanou měrou, neboť nic jiného, co je, není tak pravdivé, a má proto méně bytí. Proč si tedy pošetilý řekl ve svém srdci, že Bůh není, když je rozumné mysli tak zřejmé, že ty jsi nade vše svrchovanou měrou? Proč, ne-li proto, že je hloupý a pošetilý?

IV. KAPITOLA

JAK TO, ŽE SI POŠETILEC ŘEKL V SRDCI TO, CO SI NELZE MYSLET

Opravdu, jakpak si řekl ve svém srdci něco, co si nemohl myslet, nebo naopak, jak to, že si nemohl myslet něco, co si řekl v srdci, když přece říkat si v srdci a myslet si je jedno a totéž? Jestliže si to opravdu, či spíše protože

in corde, et non dixit in corde quia cogitare non potuit: non uno tantum modo dicitur aliquid in corde vel cogitatur. Aliter enim cogitatur res cum vox eam significans cogitatur, aliter cum id ipsum quod res est intelligitur. Illo itaque modo potest cogitari deus non esse, isto vero minime. Nullus quippe intelligens id quod deus est, potest cogitare quia deus non est, licet hæc verba dicat in corde, aut sine ulla aut cum aliqua extranea significatione. Deus enim est id quo maius cogitari non potest. Quod qui bene intelligit, utique intelligit id ipsum sic esse, ut nec cogitatione queat non esse. Qui ergo intelligit sic esse deum, nequit eum non esse cogitare.

Gratias tibi, bone domine, gratias tibi, quia quod prius credidi te donante, iam sic intelligo te illuminante, ut si te esse nolim credere, non possim non intelligere.

Capitulum V.

Quod deus sit quidquid melius est esse quam non esse; et solus existens per se omnia alia faciat de nihilo.

Quid igitur es, domine deus, quo nil maius valet cogitari? Sed quid es nisi id quod summum omnium solum existens per seipsum, omnia alia fecit de nihilo? Quidquid enim hoc non est, minus est quam cogitari possit. Sed hoc de te cogitari non potest. Quod ergo bonum deest summo bono, per quod est omne bonum? Tu es itaque iustus, verax, beatus, et quidquid melius est esse quam non esse. Melius namque est esse iustum quam non iustum, beatum quam non beatum.

si to opravdú "jednak myslél, neboť si to řekl v srdci, a jednak neřekl v srdci, poněvadž si to nemohl myslét, je patrné, že je možné si něco říkat v srdci či myslet různým způsobem. Jinak se totiž věc myslí, když se myslí zvuk slova, který ji označuje, a jinak když nahlížíme, co sama věc je. Prvním způsobem je možné si myslet, že Bůh není, druhým však nikoli. Vždyť nikdo, kdo nahlíží, co Bůh je, nemůže myslet, že Bůh není, i kdyby si tato slova říkal v srdci, ať už úplně beze smyslu, nebo v nějakém nevlastním významu. Neboť Bůh je to, nad co nic většího nelze myslet. A kdo toto správně nahlíží, nahlíží také, že je to tak, že ani nelze myslet, že to není. Kdo tedy nahlíží, že takto je Bůh, nemůže si myslet, že Bůh není.

Děkuji ti, dobrý Pane, že to, čemu jsem již dříve věřil, protože jsi mi daroval víru, nahlížím nyní tebou osvěcen tak jasně, že i kdybych snad nechtěl věřit, že jsi, nemohl bych to nenahlížet.

V. KAPITOLA

BŮH JE VŠE, ČÍM JE LEPŠÍ BÝT NEŽ NEBÝT, A JAKO JEDINÝ, KTERÝ SVÉ BYTÍ ZAKLÁDÁ SÁM V SOBĚ, TVOŘÍ VŠECHNO OSTATNÍ Z NIČEHO

Co tedy jsi, Pane Bože, ty, nad něžš nic většího nelze myslet? Co, ne-li to, co jako nade vše svrchované jediné zakládá své bytí samo v sobě a co učinilo všechno ostatní z ničeho? Neboť všechno ostatní je méně, než je možno myslet. To však o tobě myslet nelze. Vždyť co dobrého schází svrchovanému dobru, na němž ve svém bytí spočívá všechno, co je dobré? Proto jsi spravedlivý, pravdomluvný, blažený a vše, čím je lépe být než nebýt. Vždyť je přece lepší být spravedlivý než nespravedlivý, být blažený než být blaženosti zbaven.